

descendunt Deipara, & Draco: hic sapientia illius modicissima deculatur.

tunc vel maximè eximiam Deiparæ Sapientiam entuiffe, cum primigeniam divinæ scientiæ obtinendæ ambitionem, & originariam nostram ignorantiam in illo astuto serpentis capite contrivit? In fingulare certamen descendunt hinc Lucifer Stygiorum omnium scientissimus, atque astutissimus, serpentis larvâ indutus, sicque nequitiis, dolisque complicitate vincat: inde verò Deigenitrix Virgo apparet, statim ac concepta, rationis usu donata, & cælesti præmunita sapientiâ simplici, modesta, sincera. Inimicitia accuratè, consultò, ex arte, atque ex ordine disponuntur, machinantur, fundantur, redintegrantur, præmuniuntur, coronantur: est enim sapientia, & inter sapientissimos certamen. Præstò adest Virgini Matri Filius ejus quasi Xystarches; Gygnasiarcha, & certaminis præses: æternaque, & infinita Dei sapientia. Putabat stygius Draco, se calliditate suâ, & improbâ sapientiâ Mariam decepturum, illi intrudendo ambitiosam divinæ scientiæ affectationem, ut olim Evæ intrusit: verum versutissimè serpentis fraudes, & improbæ suæ sapientiæ machinamenta per modestissimam Deiparæ sapientiam delusæ sunt. Virgo enim sapientissima, & Incarnatæ Sapientia divinæ genitrix, prævigili quadam, ac præproperâ festinantia, in momento, in instanti, præoccupato ictu, hostem advertit, atque perfecta victoria prostratum de sublimi deculcat. In uno Draconis capite ab ipsa sapientissimè præoccupato superbam scientiam obtrivit, & originariam omnem insipientiam. Eapropter Sapiens dicitur, imò & Sapientia appellatur, à singulari hoc sapientia certamine, & triumpho per sapientiam reportato.

Maria superba scientiam obtrivit, & originalem insipientiam.

Patrum testimonium ad rem. S. Hieron. S. Maxim.

Origen.

150 Rem universam illustro nonnullis sanctorum Patrum effatis. S. Hieron. Epist. ad amicum ægrotum de viro perfecto, cujus quidam volunt auctorem esse S. Maximum Episc. Taurinensem, Genesis testimonium sic exponit: *Ponam inimicitias inter te, & mulierem, id est suscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, te non audiat, si aut suavitate pomorum pro adaptione monstraveris oculorum, aut Diis similem esse promiseris.* Scopum collimavit Doctor Maximus Mariam, ut quæ sapientissima, & prudentissima, neque serpentis vocem audisse, neque pomum pulchrum visu, & speciosum ad intelligendum, cum Eva insipientem unquam pervidisse, nec superbam illam summæ sapientiæ ambitionem, fucatamque divinitatem superbè effectasse, ut perpetem decebat serpentis inimicam. Origenes Hom. 1. in diversos: *Virgo neque persuasione serpentis decepta est, neque ejus affatibus venenosis infecta.* Quasi dicat: Nihil callidissimo Draconi improba sua sapientia profuit, ad Virginem Matrem decipiendam; non enim sicut Eva insipiens extitit, sed sapientissima. Eò etiam spectant Patres, qui deceptorem Luciferum à Deipara deceptum asserunt, neque ab illa Adamum fuisse deceptum, sicut ab Eva est deceptus. S. Damasc. Orat. 1. de nativitate. B. Virg. *O sanctissima Joachimi, & Annæ filia, quæ Principatus, & Potestates sefellisti, atque ignea maligni tela extinxisti, quæ in Spiritus ikalamo versata es, atque immansuata conservata in Dei sponsam.*

Confer lector hoc, Principatus & Potestates sefellisti, cum illo Evæ Gen. 3. 13. *Serpens decepit me, & comedi:* atque ex antithesi infer, Virginem solam deceptam non fuisse, quæ deceptorem una decepit. Subtexit Damascenus: *Deceptorem decepit serpentem.* Ibidem appellat Deiparam primigenia Matris correctionem *πρωγενική, restitutio, redintegratio.* Quod in eo sensu intelligo, quo dixit S. Bernardus S. Bernard. Hom. 2. super Missus est: *Redditur femina pro femina, prudens pro fatua.* Audiendus etiam Petrus Blefensis Ser. 1. de Assum. *Hæc Blefens. est, quæ caput antiqui serpentis contrivit. Insidiabatur quidem serpens calcaneo ejus, sed non profecit. O superbe! ò invidie! ò maligne! ubi est mures dolositas tuæ prestigiosa malicia?* Festivè versuti Draconis dolos, ac præstigias suggillat à Mariæ humili sapientia, & sapientie Blefens. humilitate delusas. Subdit in Ser. de Mariæ nativitate: *Jam tibi sublata est, ò Adam, omnis materia querelandi adversus uxorem. Nec dicas: Mulier, quam dedisti mihi, ipsa seduxit me: sed dic: Cum essem de luce ejectus in tenebras, Mulier hæc (Deipara scilicet) quam dedisti, mihi, non seduxit me.* Illud signanter notandum, quo asserit, omnem Adamo sublata fuisse rationem, quæ de Maria Virgine quereretur: quod perinde fuit, ac dixisse, Mariam nec sibi, nec Adamo divinæ scientiæ ambitionem affectasse, nec pomum comedisse, aut decerpisse insciè, & insipienter. Minimè Deipara Adamum decepit, ut quæ à serpente minimè decepta, sed illum potius cælestis sapientia jubare illustravit, tanquam sapientissima ipsiusmet Incarnatæ sapientia Parentis,

SECTIO IV.

Amelapsa Sectione seriò versata, pulchrè probantur, antithesi, sive contentione facta inter columbinam Deipara sapientiam originalem, & primam divinæ scientiæ affectionem serpentinam.

151 IN primis porrò, implacabile extare dissidium inter columbam, & serpentem, ut multis testantur Varro lib. 3. de re rustica c. 7. S. Pet. Damia. lib. 2. Epist. 39. Vincen-tius lib. 20. speculi naturalis c. 30. Aldrovandus l. 15. Ornithologiae c. 1. & alii. Dissidii ratio ex sapientia ducitur. Serpens enim insidiosissimus, callidissimus, dolosissimus, & malignissimus est animal; ut supra ostendimus. Contrà verò columbam, ingenua quadam liberalis modestæque sapientia sinceritate præditam, commendant divinæ, & humanæ litteræ. Isai. 38. 14. Ezech. juxta LXX. Interpretes c. 7. 16. *Meditationem attribuant columbæ.* David Ps. 67. 14. *dum pennas columbæ deargentatas canit, sapientia Evangelicæ stemma celebrat, ut exponunt Hieronymus, Augustinus, Basilus, Theodoretus, Rufinus, Beda, & alii. Neque invitam huc vocaverim Noëticam columbam, Palladiæ arboris ramum, scientiæ symbolum, rostro præferentem, quem ramum luminis meditato nuncupavit Hieronymus in Epist. 83. ad Oceanum: & S. Nyssen. Homil. 9. in S. Nyssen. Cant. dixit: *Habet oliva, quod fiat lucis materia.* Si autem humaniora velis de columbæ intelligentia humanam rationem imitante, consule Aristotel. lib. 9. de Histor animalium c. 7. *Sapientia Scyphum Nestorem appellatur, aureis columbis ornatum describit Atheæus lib. 11.**

Varro.

S. Dam.

Implacabile dissidium inter columbam, & serpentem.

Columba sapientia symbolum.

Sapientia scyphus.

Vatidicae columbas Dionys. Halicarnassens lib. 1.

Novem Musæ totidem columbis expressæ.

Matt. 10. 16.

Tertull.

Pura & sincera Deiparae scientia qua orationis caput continet doctissimum.

2. Irenæ:

lib. 11. c. 2. & lib. 12. c. 13. Præerea, *Vatidicas columbas* Dionys. Halicarnassens lib. 1. Antiquit. Romanarum. Apollinem Musarum Principem cum columba humero insidente solitum effingi, testis est Alexan. Neapolitanus lib. 2. Genialium c. 1. Novem olim Musas, totidem columbis expressas, atque Homero attributas fuisse memoria prodit Alexander Paphius. Denique oracula Dodonæa binis edita colubis, multis eruditè docet Episcopus Majolus to. 2. Colloquio 2. Caniculari. Hujus columbinæ sapientiæ argumentum ab ipsa petitur columbæ natura; ab oculorum acie perspicacissima, simplicissima, & fidelissima, necnon etiam à volatu perniciosissimo, & expeditissimo. De columbæ perspicacia lege S. Tho. p. 3. q. 39. v. 6. ad 4. & Delrio to. 2. Adagio 346. & Vlysiem Aldrovandum supra citatum. De præstanti ejus volatu, vide Interpretes apud Lorinum Pl. 54. v. 7. lege Petrum Bellonium lib. 6. de Avibus, cap. 22. ubi scribit, se observasse, columbas tam altè volitantes, ut aspectum prorsus superent.

152. Hinc fit, ut quemadmodum serpens, versutissimum animal, stygiæ calliditatis, & improbæ sapientiæ symbolum; ita columba cælestis sapientiæ exprimat exemplum. Unde Dominus supentis versutias ex columbæ candore corrigendas docuit Matt. 10. 16. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Ad quem locum graviter Tertullianus lib. adver. Valentianos c. 2. sic scribit: *Christum columba demonstrare solita est, serpens verò tentare.* Illa à primordio divinæ paci præco; ille à primordio divinæ imaginis prædo. Ita faciliùs simplicitas sola Deum & agnoscere poterit, & ostendere: prudentia sola concutere potius & proderet. Abscondat itaque se serpens quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus seriem suam evolvat, tortuose procedat, nec semel totus lucifuga bestia. Nostræ columbæ domus simplex, etiam in editis semper, & apertis, & ad lucem: amat figuram Spiritus sancti, orientem Christi figuram. Rectissimè quidem. Multa in eadem sententiam S. Thomas nuper memoratus de columbæ simplici sapientia, sapientique simplicitate, astutia, & dolo carente; ob quam septem Spiritus sancti donorum tam quæ ad intellectum, quam eorum, quæ ad voluntatem pertinent, egregium symbolum esse, latè explicat.

153. Ab hac igitur columbæ natura serpenti opposita; ab hac, inquam, simplici, & candida columbæ sapientia serpentinae versutia, & calliditatis experte, Sancti Patres explicant puram illam, atque sinceram Deiparæ originariam scientiam, quæ Tartareæ Draconis nequissimum ac dolosissimum caput contrivit. Primum advoco Irenæum lib. 5. adversus hæreses c. 19. cujus verba digna habuit S. Augustinus quæ in Julianum stringeret lib. 1. c. 1. *Quemadmodum adstrictum est morti genus humanum per Virginem, salvatur per Virginem: aequa lance disposita, virginalis inobediencia per Virginalem obedientiam.* Adhuc enim Protoplasti peccato per correptionem Primogeniti emendationem accipiente, prudentia serpentis devicta per simplicitatem columbæ, vinculis illis resoluti sumus, per quæ illigati eramus morti. Hæc Irenæus; qui dum Primogenitum Christum P. Ildeph. de Flores in Eccles.

Adamo opponit, dum obedientem Deiparam inobedienciae objicit Evæ; signanter scripsit, serpentis astum devictum fuisse per simplicitatem columbæ: hoc est, versutissimè illius Draconis fraudes, per cælestem Deiparæ sapientiam delusas fuisse; quæ inculpato columbino calce callidissimum caput ad ima oppressum Tartara contrivit. *Æquâ lance disposita, Virginalis inobediencia per Virginalem obedientiam, prudentia serpentis devicta per simplicitatem columbæ.* Tam sapienter Irenæus terribilissimo serpenti candidissimam opponit columbam, callidissimo sapientissimam. Cujus sapientiam ex objecta etiam Evæ ignorantia impensius commendavit. Evam originariæ sapientiæ dotibus ornatam à Deo fuisse conditam instar candidissimæ columbæ, his mox dotibus spoliata per nequissimas serpentis fraudes, in atram degenerasse columbam, cecinit Amœnus vetustus Poëta in Enchiridio veteris, & novi testamenti, quod Prudentio solet inscribi:

Eva columba fuit tum candida, nigra deinde Amœni; facta per anguinum malè suada fraude venenum.

Idiota. Quem ergo Eva per inobediencia, columbinum amisit candorem, eum Mariam originarium retinuisse, docet Irenæus, quo serpentem simplicissima, & sapientissima contrivit.

154. Seorsim sapiens ille Idiota in contemplat. de Virg. Mar. c. 3. dum ejus speciem pius commendat, speciosæ illam columbæ confert, sapientiam columbinæ retento hieroglyphico: *Species columbæ consistit in simplicitate, pulchritudine oculorum, colorum mutatione & varietate circa collum.* Sic ò beatissima Virgo Maria, species tua consistit in humilitate, pulchritudine sanctorum cogitatum, & doctrinae veritate, quæ in collo intelligitur, quia Doctrina fuit Doctorum, & Magistra Apostolorum. Adit de eadem Virginis sapientia cap. 6. *Invenisti Virgo Maria gratiam cælestem, quia fuit in te ab originis labe preservatio. Sicut Eva gratiam amisit per curiositatem vanam, sic tu è diverso gratiam invenisti, quam nunquam amisisti, quæ futura erat omnium in Dei scientia solidissima.* Collato utroque testimonio, Idiota, & utrobique Deiparæ sapientiam ab originaria ignorantia immunem commendat, & à columbæ declarat symbolo. Non superferim Michaëlis, cognomento Incogniti, suffragium Psalmo 67. *Columba est Virgo Virgo Maria, in qua manet Spiritus sanctus ad emundationem omnis iniquitatis. Columba est, cujus simplicitatis antidoto venenata serpentis detegitur astutia multiformis.* Aptè Mariam columbam appellat purissimam, omnis iniquitatis expertem, quam Spiritus S. divinis donis intellectus, & voluntatis imbuat, quam simplici, & candidâ sapientiâ condecoravit, ut multiplicem venenati serpentis astutiam detegeret, & perderet.

Amœni;

Idiota.

Incogniti

155. Addo illud, quod curioso lectori gratum fortasse accidat; nimirum non solum columbam in universum adversariam esse serpenti, sed particulatim columbinum pedem serpentino capiti lethalem existere. Quod, quia subtilius, pauloque à vulgari eruditione remotius, accuratè distinxerim; Joannes Bap. Porta, insignis nostræ ætatis Physiognomicus, opus conscripsit, quod Physiognomica nuncupavit: hujus voluminis lib. 3. c. 13. hunc fecit titulum: *Quod plantæ, quæ*

Columbinus pes serpentis no capiti lethalis.

Porta;

quæ

qua animalium partium representant similitudinem, eorum virium compotes sunt Id autem cum eo capite universè probasset, ulteriorem probationem in librum 4. reservat, eamque à cap. 3. latè persequitur usque ad 24. Probatque, certisque probatum experimentis asserit, ex Physiognomia alicujus partis animalis, atque ei similis plantæ, utriusque vires similes esse deprehendi: ita ut si partem quamvis cujuspiam animalis similem videas alicujus plantæ, quas vires naturales planta haberit, eandem item parti illi animalis inesse credas, quæ idem plantæ similis extiterit. Verbi gratiâ, ex Physiognomia pedum Anserini, Gruini, aut Gallinacei, adversus serpentes eisdem pedes valere, inde agnoscimus, quia plantæ illæ, quas harum volucrum pedes propriâ Physiognomica repræsentant, serpentibus etiam extiales sunt: & è contrario ex physiognomia plantarum certò colligimus eisdem illas vires præstare, quibus præstiterint partes illæ animalium, quas eadem plantæ propriâ retulerint figurâ. Atque hinc factum est, ut eodem nomine utraque vocentur, vel propter formæ, vel propter virium similitudinem.

In columba pede absoluta Francis Amomiformis.

Amomum officinale contra serpentes.

Dioscor. Galen.

Amomi ad instar Deipara Virgo Sibylla.

Assyrium dicitur pro Syro unde Salmeron prolegom. 41.

Invisita Mariani pedis virtus amomifera.

156. His positis, integrum jam est agnoscere ingentiam columbino pedi virtutem contra serpentem efficacissimam. Quod ex Baptista Portæ physiognomico principio declaratur. Si enim physiognomiam spectes, absolutissimam fructus Amomi formam in columbæ pede perspicias. Eam agnoscunt Ravillius lib. 18. Hist. Plantarum c. 40. Et Garzias lib. 1. Hist. Aromatum Indicorum c. 31. cui suffragatur Clusius in scholio. Accedit quòd Arabes, ex hujus physiognomiae similitudine Amomum ipsum vocant pedem columbæ, ut iidem testantur auctores. Si ergo constet, Amomum validissimum esse contra serpentem, consequens est, per superiorem physiognomiam legem, columbinum pedem, Amomum simillimum, eandem fortiri vim serpenti infensissimam. Illud verò probant Dioscorides lib. 1. c. 2. & 14. Galenus lib. 1. de Antidotis, & lib. 2. in Antidoto Eli Gaii. Amomum efficax est contra serpentes. antidotis adversus venena miscetur. Amomum appellari Virginem Matrem constat ex Sibyllino Oraculo quod tanti habetur ab Ecclesiæ Patribus, & Theologis. Sibylla enim postquam novam Virginis prolem è sublimi cælo mittendam cecinit, quæ primi hominis scelus aboleret; de ipsamet Matre Virgine, atque de illius hoste, antiquo serpente, in hunc modum vaticinata est:

Occidat & serpens, & fallax herba veneni Occidet, Assyrium vulgò nascetur Amomum. Obscuro, sed eximio quodam hieroglyphico ex Amomi & serpentis dissidio explicuit Prophetis, tum veteres serpentis, & Deiparæ inimicitias, tum extremam serpenti cladem à muliere inferendam. Tota oraculi virtus ex naturali illa, quam dicebamus, serpentis, & Amomi discordia pendet. En qua ratione Amomum, & columba appelletur B. Virgon: en quo jure eadem vis insit columbino pedi, atque Amomi fructi, contra serpentem, & serpentinum venenum.

157. Sed jam ab invisitâ hac columbini pedis virtute, caput Paradisi serpentis viriliter conterente, Deiparam per eruditum Interpretem dilaudatam, Rupersum audiamus. Sic ille

lib. 6. in Cant. ad illud cap. 7. 1. Quam pulcherrimum christi sunt gressus tui in calceamentis, filia caput. Principis! postquam disalceatos pedes, servilis ignobilitatis, calceatos verò, nobilitatis argumentum esse docuit: Idcirco ancillæ calceamentum serpens momordit: tu autem, ô filia Principis, bene calceata caput serpentis contrivisti: tu maxime, ô Princeps, & Domina, singularis dilecta, & sicut jam dixi, una columba mea, una genitrici suæ, videlicet generationi libera. Expende columbam libero pede caput serpentis conterentem. Audi rursus eundem Rupert. lib. 2. in Cantic. ex oppositione Mariæ, & Evæ idem docentem. Eva Rupert. quasi inimica, Eva quasi vipera, Eva quasi deformis, & ignominiosa. Mibi inimica, viro suo vipera, sibi met confusa ignominia. Inimica per superbiam, qua intus tumuit; vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens, foris tentata facile cessit: ignominiosa per prurium libidinis, quâ statim scaturire capit. Tu autem (Dei vox est ad Mariam) amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem: tu contra Deum non tumuisti, imò mente humili Altissimo complacuisti, & ecce amica es. Tu serpenti avrem non præbuisisti, imò inimicitias inter te & serpentem ego posui, & ecce columba es. Veni ergo Maria, veni & conterte caput serpentis. Deiparam Dei amicam semper extitisse, docet Rupertus, serpentis inimicitias perpetuò sustentasse, atque uti columba serpentem caput immuni pede contrivisse. Dum autem, & columbam vocat, & primæ superbiæ in summæ scientiæ superba affectatione immunem esse asserit, humilem ipsi sapientiam adscribit, sinceram, columbinam, quâ superbum callidi serpentis caput comminuit. Nec mirum, illustria sunt alia ejusdem Ruperti verba lib. 3. in Cantic. ubi ex septem columbæ proprietatibus, totidem Mariæ laudes enumerat. Preme hic tantum illa, Columba juxta fluviâ residet: tibi autem, vel tuo pectori omne fluenium scripturarum, quam contiguit esse? Numquam adventus spiritalis accipitur tibi esse improvisus, aut te consequi, imò nec tibi appropinquare potuit. Solidissimam, atque perennem attribuit divinarum scripturarum scientiam, qua & insensum declinare scivit accipitrem, antiqui serpentis evasit venena, atque in astuto capite superbiæ sapientiæ libidinem contrivit omni originariâ insipientiâ longè superior.

158 Denique ut liberio rem à serpentis vulnere sacram hanc asseramus columbam; & unde scientiam tantam hausit, quâ potuerit præoccupato istu hostem callidissimum antevertere, & de illo triumphum agere, explicemus; securum illi præfugium, vitale Crucis lignum, verè totius bonæ sapientiæ lignum, adscribimus, Christumque Crucifixum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ; & scientiæ Dei. Cant. 2. 14. Veni columba mea, in foraminibus petreæ & in caverna maceræ. Ad quem locum Patrè communi consensu sacram hanc columbam, ad Christi vulnera de cruce pendentis, tanquam ad immunitatis asylum, vocari explicant. Signanter Rupertus lib. 2. in Cantic. idem docet, & columbam Deiparam interpretatur. Cui interpretationi addere libet quæ B. Damianus lib. 2. Epist. 18. scribit de Pridexione, seu columbina arbore: Est in India finibus arbor, quæ Græcè Pridexio, vel Pridexion (an Peristereon?) ad quam sepe columba vocatur, cujus utique fructus nimis est dulcis, recipiunt, ne & valde suavis. In hujus igitur arboris gratia columba non modicè delectantur, cujus nimirum eas fructus reficit, & umbra defendit. Terminus enim Draco feraci eas immanitate persequitur, & cruenti gutturi barathro inbiante abforbere molitur. Sed sicut columba Draconem, ita nihilominus Draco formidat eam, quam prædiximus arborem, sed præcipue timet umbram; ita ut si umbra fuerit à parte arboris dextra, ille licet procul, fugiat ad sinistram: quòd si umbra cernitur in sinistra, ille vertatur ad dexteram. Donec ergo columba sub arboris illius umbraculo fuerit commorata, nullis eas crudelis illa bestia valet insidiis ledere: alioquin si procul eas invenerit, sine ullo contradictionis obstaculo repentinus invadit. Hæc Damianus de columbæ refugio, quod ad Crucis lignum, vitæ, & scientiæ arborem transfuisse difficile non fit. Hanc stygius ille Draco lethalem expertus nunquam non fuit; ad hanc arborem confugientem Mariam, atque ad Christi filii inde pendentis vulnera sese recipientem, nunquam potuit invadere. Recipientem, inquam, se in vitalis Crucis umbram atque ad Præservatoris sui vulnera (quæ certissima petreæ foramina dixit Salomon, tanquam ad promurale, ut LXX. reddunt, Græcè juxta præmunitionem, vel in velamine sepium, seu murorum, ut Victorius Scialah transfudit ex lingua Chaldaica: vel ex lingua Arabica, in tegmine umbra scopuli, ut idem auctor extulit) perfragientem, atque certâ fide, sapientique præservantis ligni cognitione in ipsum intentam; longè secus quam Eva, quæ Draconem potius sequens, ad curiosæ, & ambitiosæ scientiæ arborem dum seducta accedit incauta columba, ut dixit supra Amænus, in Draconis incidit inhiantis guttur. Age quod agis, (inquit Rupertus) contemplare quod contemplaris, atque hoc modo semper ostende mihi faciem tuam, & ostendendo corrige quod Eva peccavit, & abscondit in me faciem suam. Ubi abscondit? In medio ligno paradisi, videlicet in eodem, in quo peccavit. Certè ad lignum scientiæ boni, & mali vetitum; ad lignum, in quo latere putabat summam sapientiam, ambitiosè accessit, sed stultissima discessit à callidissimo Dracone seducta. Dum verò Rupertus Evæ Mariam opponit, satis ille perspicue docet, Deiparam nunquam sub illa scientiæ arbore lethali latuisse, nunquam in Draconis fauces incidisse, nunquam se à facie Domini abscondisse: quin potius vitalis ligni umbra, Crucis nempe, semper fuisse protectam, indeque modestam, & columbinam scientiam traxisse, per quam à lethali veneno fuit quam tuissima, Draconis insidias sapientissimè delusit, ac te terrimum serpentis caput ambitiosâ turgens calliditate contrivit.

Christus crucifixus fuit Deipara arboris verius serpentem: à Cruce omnis est Sapientia.

Cant. 2. 14.

S. Dam.

India arbor Pridexio.

Peredixion, vel Pridexion (an Peristereon?) ad quam sepe columba vocatur, cujus utique fructus nimis est dulcis, recipiunt, ne & valde suavis. In hujus igitur arboris gratia columba non modicè delectantur, cujus nimirum eas fructus reficit, & umbra defendit. Terminus enim Draco feraci eas immanitate persequitur, & cruenti gutturi barathro inbiante abforbere molitur. Sed sicut columba Draconem, ita nihilominus Draco formidat eam, quam prædiximus arborem, sed præcipue timet umbram; ita ut si umbra fuerit à parte arboris dextra, ille licet procul, fugiat ad sinistram: quòd si umbra cernitur in sinistra, ille vertatur ad dexteram. Donec ergo columba sub arboris illius umbraculo fuerit commorata, nullis eas crudelis illa bestia valet insidiis ledere: alioquin si procul eas invenerit, sine ullo contradictionis obstaculo repentinus invadit. Hæc Damianus de columbæ refugio, quod ad Crucis lignum, vitæ, & scientiæ arborem transfuisse difficile non fit. Hanc stygius ille Draco lethalem expertus nunquam non fuit; ad hanc arborem confugientem Mariam, atque ad Christi filii inde pendentis vulnera sese recipientem, nunquam potuit invadere. Recipientem, inquam, se in vitalis Crucis umbram atque ad Præservatoris sui vulnera (quæ certissima petreæ foramina dixit Salomon, tanquam ad promurale, ut LXX. reddunt, Græcè juxta præmunitionem, vel in velamine sepium, seu murorum, ut Victorius Scialah transfudit ex lingua Chaldaica: vel ex lingua Arabica, in tegmine umbra scopuli, ut idem auctor extulit) perfragientem, atque certâ fide, sapientique præservantis ligni cognitione in ipsum intentam; longè secus quam Eva, quæ Draconem potius sequens, ad curiosæ, & ambitiosæ scientiæ arborem dum seducta accedit incauta columba, ut dixit supra Amænus, in Draconis incidit inhiantis guttur. Age quod agis, (inquit Rupertus) contemplare quod contemplaris, atque hoc modo semper ostende mihi faciem tuam, & ostendendo corrige quod Eva peccavit, & abscondit in me faciem suam. Ubi abscondit? In medio ligno paradisi, videlicet in eodem, in quo peccavit. Certè ad lignum scientiæ boni, & mali vetitum; ad lignum, in quo latere putabat summam sapientiam, ambitiosè accessit, sed stultissima discessit à callidissimo Dracone seducta. Dum verò Rupertus Evæ Mariam opponit, satis ille perspicue docet, Deiparam nunquam sub illa scientiæ arbore lethali latuisse, nunquam in Draconis fauces incidisse, nunquam se à facie Domini abscondisse: quin potius vitalis ligni umbra, Crucis nempe, semper fuisse protectam, indeque modestam, & columbinam scientiam traxisse, per quam à lethali veneno fuit quam tuissima, Draconis insidias sapientissimè delusit, ac te terrimum serpentis caput ambitiosâ turgens calliditate contrivit.

Rupert.

SECTIO V.

Deipara seipsam dilaudat; nisi enim ipsa se ipsam laudaret, nulla esset pura creatura, à qua pro dignitate posset laudari.

159 Conspirent licet omnes pariter creature, Angelicæ, & humanæ, tota animi contentione, in Mariæ præconia; non tamen æquale aliquid offerre unquam poterunt infinitæ propemodum illius dignitati, P. Ildeph. de Flores in Eccles.

& gloriæ. Tanta est Mater Virginitatis excellentia, tanta ejus gratia, & merita sunt, ut omnes humanæ, & Angelicæ linguæ præconium Marianis laudibus longissimo intervallo impar extet. Est hæc perspicua Sanctorum Patrum mens. Bernardi in primis Ser. 4. de Assumptio. sic fantis: Licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quidquid dicitur de indicibili, eo ipso quod dici potuerit, minus gratum sit, minus acceptetur. Subtextit dulcissimus Abbas: Que jam poterit lingua, etsi Angelica est, dignis extollere laudibus Virginem Matrem; Matrem autem non cuiusque, sed Dei? Preme illud, sed Dei: quasi dicat: Si Dei perfectio explicari nequit, ita Virgo omnium superat explicatum, quia Mater Dei est, quod præ se fert infinitatem quandam, & indicibilem excellentiam: Dei enim Mater mater nulla, nec de soluta Dei potentia, sublimior potest inveniri, cum nullus sublimior filius dari queat, Et inestimabile fuerit quod in ea peractum est mysterium ab omni infinitate, infinites, infinitè exemptum, ut loquitur Andreas Cretensis Orat. 1. de Dormit. Virginis. Consonat. Seleuciæ Episcopus S. Basilus Orat. de Annuntiatione: De Virgine (inquit) qui omnia illustra, & gloriosa dixerit, nunquam à veritatis scopo aberraret: atamen dignitatis magnitudinem nullâ unquam oratione exæquabit.

S. Bern.

Deipara indicibilis est, ineffabilis.

Cretenfis.

S. Basili.

Cant. 4. 4.

160 Huc revoco illud Cant. 4. 4. ubi sic Virginis sublimitatem divinus commendat Spiritus: Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. Rabbi Abraham in Commentariis, alique pro propugnaculis, legunt ad suspendendum orationem. Alii, inter quos R. David in lib. Radicum, efferunt; quæ edificata cum excisis, seu elevatis orium, sive linguarum similitudinibus. S. Ambrosius pro illis, mille clypei pendunt ex ea, legit, mille ostia pendunt, vel patent in ea. En turrim Marianam cum linguis, & oribus ædificatam; en omnes omnium linguas, & ora, omnemque facundiam in tantæ Virginis laudes conspirantia. Quid verò exinde? Aperit S. Damascenus orat. 2. de Nativitate, Virgo omnium encomiorum legem excedit: nec si omnes in toto orbe disperse linguæ in unum cœant, ejus laudes oratione consequi possent. Impar est omnis lingua, omnis sermo, omnia ora non sufficiunt Marianis laudibus decantandis. Cujus rei causam videtur assignare Pacificus Rex, illis verbis: Mille clypei pendunt ex ea. Hebraicè pro mille ponitur elef, quod unum, & mille, numerorum principium & finem potest significare, atque adeò principium & finem. Sic Christus Dominus seipsum appellavit Apoc. 1. Itaque potest verti: Deus clypeus pendet ex ea. Unde Venetus in sua Harmonia Can. 3. ton. 7. c. 13. explicat: Deus est scutum pendens & imminens super ipsam turrim. Certè ex Maria Deus ipse humanâ naturâ indutus pendet, uti filius ex Matre. Quid mirum, si tam sublimis, tamque immensa Deiparæ Maternitas, & excellentia est; minimè possent omnia ora, omnes linguæ, quantumvis in unum conspirent, ejus laudes oratione consequi?

Omnium encomiorum legem excedit Virgo.

Damasc.

78

Georg. Venet.

161 Quid ergo? Nemo erit, qui Deiparam pro dignitate commendet, ejusque magnitudinæ æquale aliquid afferat? Certè voluit in primis Deus, ut ipsa Virgo, absque ullo humilitatis dispen-

Deipara se ipsam dilaudavit, ut pro dignitate auderetur.